

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani

[S.l.], 1745

Domin. I.-VI. Post Epiphan.

[urn:nbn:de:bsz:31-139978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-139978)

Oratio.

Deus, cujus Unigénitus in substántia nostræ carnis apparuit: præsta quæsumus; ut per eum, quem similem nobis foris agnóvimus, intus reformári mereâmur. Qui tecum vivit, & regnat.

Per Horas & ad secundas Vesperas omnia dicuntur, sicut in die Epiph. 249. exceptâ Oratione qua est. Deus cujus Unigenitus. ut supra.

Si Octava Epiph. venerit in Sabbato, in II. Vesper. Octava fit commemor. Dominica secunda post Epiphaniam. Quando autem Septuagesima venerit in I. Dominica post Octav. Epiph. tunc in primo Sabbato post Octav. non impedito Festo IX. Lectio-num, alioquin prima die post Octavam, fiat Officium de Feria cum Oratione Dominice II. Post Epiph. Festum verò semiduplex in ea occurrens transfertur in primam diem similiter non impeditam.

DOMINICA I.

Post Epiphaniam.

Quæ est infra Octavam, dicitur officium secundam superiorem Rubricam. 257.

SABBATO I. POST OCTAVAM

Epiphania.

Ad Vesperas omnia, præter Orationem, ut in Psalterio. 105. quod servatur in aliis Sabbatis, usque ad Septuagesimam.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui cœlestia simul & terræna moderâris: supplicatiões pópuli tui

R 3

cle-

cleménter exáudi, & pacem tuam nostris concède
tempóribus. Per Dominum.

*Deinde sunt commemorations ibidem posita ut in
Psalterio. 114.*

DOMINICA. II.

Post Epiphaniam.

*Ad Horas, & Vesperas, omnia ut in Psalterio de
Dominica.*

AD Magnificat. *Antiph.*

D E f i c i e n t e v i n o, j u s s i t
J E s u s i m p l e r i h y d r i a s a q u a, q u æ
i n v i n u m c o n v e r s a e s t, a l l e
l u i a. I.

Oratio. Omnipotens sempiterne Deus. ut supra. 261.

*Deinde sunt commemor. ut supra in Vesper. Sab-
bat. 114.*

*Post Octav. Epiphan. usque ad Quadrages. quan-
do occurrit feri de feria, sit Officium ut in Psalterio.
ex-*

DOMIN. III. POST EPIPH. 263

exceptis iis, quæ sunt propria. Oratio verò dicitur de Dominica precedenti.

SABBATO

AD VESPERAS. Oratio.

OMnipotens sempiternæ Deus, infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos dexteram tuæ majestatis extende. Per Dominum.

DOMINICA. III.

Post Epiphaniam.

Ad Magnificat. *Antiph.*

D O mi ne si vis, po tes
me munda re: & a it JE-
fus: vo lo, mun da re. I.

SABBATO.

AD VESPERAS. Oratio.

Deus, qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis & corporis; ut ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincamus. Per Dominum.

R 4 DO-

DOMINICA. IV.

Post Epiphaniam.

Ad Magnificat. *Antiph.*

D O mi ne, sal va nos, pe ri-
mus: im pe ra, & fac De us tranquilli-
ta tem. 1.

SABBATO

AD VESPERAS.

Oratio.

FAMILIAM tuam, quæsumus Dómine, contína pîe-
tâte custódi: ut quæ in sola spe grátiae coeléstis
innítitur, tua semper protectiône muniâtur. Per
Dóminum nostrum.

DOMINICA V.

Post Epiphaniam.

Ad Magnificat. *Antiphona.*

C Ol li gi te primùm Zi za ni a, &



& al li ga te e a in fas-
ci cu los ad combu ren dum: tri ti cum
au tem con gre ga te in hor re um meum,
di cit Do mi nus. I.

SABBATO.
AD VESPERAS.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, Omnipotens Deus: ut semper
rationabilia meditantés, quæ tibi sunt placita, &
dictis exequamur, & factis. Per Dominum.

DOMINICA VI.

Post Epiphaniam.

Ad Magnificat. *Antiphon.*



S I mi le est regnum coe lo rum
R 5 fer-

fer mento, quod ac cep tum mu li er ab-
 scondit in fa ri næ fa tis tri bus,
 do nec fermenta tum est to tum.

I.

Si aliquod Festum Duplex celebretur in Sabbato ante Septuagesimam, in II. Vesper. post Orationem Festi fit commemor. de Dominica: & in fine dicitur. Benedicamus Domino, Alleluia, alleluia. &c. ut infra.

SABBATO

Ante Septuagesimam.

AD VESPERAS.

Capitulum. 1. Cor. 9. d.

FRatres, nescitis, quòd ii, qui in stádio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? sic cùrrite, ut comprehendatis. *R.* Deo gratias.

Hymnus. Jam sol recedit igneus. &c. 112.

V. Vespertina Oratio. 113.

Ad